e-codices

Q uid meus. Ago cur mihi hęc irata ē. Mil cur hęc tibi irata eſt :
C ur ego id curem. nanque iſtec magis
T ua eſt curatio Ago iam hercle tu periſti
N iſi illam mihi tam tranquillam facis q̃ mare olim eſt
Q uom ibi alcyone pullos educit ſuos. Mil quid
F aciam Ago exora blandire expalpa Mil faciam ſedulo
S ed uide ſis ne tu oratorem hunc pugnis plectas poſtea
Ago N on faciam. Ade eamus nūc ēt morare. Ago malefacis
Ade B ene promittiſ multa ex multis omnia in caſſum cadunt
L iberare iurauiſti me haud ſemel ſ; decieſ dum te expecto
N eque uſq̃ aliam mihi paraui copiam : neq: iſtuc uſq̃ apparet
I ta nunc ſeruio nihilominus i ſoror abſcede tu a me. Ago perij
E ho quid agiſ milphio Mil mea uoluptaſ meæ delitiae mea uita
M ea amoenitas: meus ocellus. meum labellū. mea ſaluſ. meum
S auium. meum mel. meum cor. mea colluſtra meuſ molliculuſ caſeus
Ago M e ne ego illec patiar preſente dici : diſcrucior miſer n̄ ego illum
I ubeo quadrigiſ curſim ad carnificem rapi. Mil noli amabo
S uccenſere hero meo cauſa mea. Ad ego faxo ſine. Mil irata eſ nimium
P ro te dabit atque te faciet ut ſis ciuis attica atque libera. Ade quin
A bire ſiniſ. quid uiſ tibi :- qui bene uolunt bene uiſitent
Mil S i ante quidem mentitus ſit : nunc iam dehinc erit uerax tibi
Ade A bice te dehinc ſis ſicophanta. Mil parero. Ade at ſcin quo modo
Mil S ine te exorem. ſine prendam auriculis ſine dem ſuauium
I am hercule ego faciam plorantem illum niſi te propiciam facio
A tque hic me ne uerberet illud faciet niſi te propitio
M ale formido noui ego huiuſ moreſ malos quam ob rem
A mabo mea uoluptas ſine te exorarier. Ago non ego homo
T rioboli ſum niſi ego illi maſtigiae exturbo oculos atque dentes
H em uoluptatem tibi. hem mel. hem cor. hem labellum : hem
S alutem hem ſauium. Mil impie ſiccine oratorem verberas :-
I am iſtoc magiſ ēt ocellum addaſ & labellum & linguam
E ho quid facies malo. Ago ſiccine ego te orare iuſſi. Mil quomodo
E rgo orem. Ago rogaſ : ſic enim diceres ſceleſte huius
V oluptas te obſecro huiuſ mel huiuſ cor huiuſ labellum huius
L ingua. huiuſ ſauium huius coluſtra huius dulciculus caſeuſ
M aſtigia. huiuſ cor huius ſtudium huiuſ ſauium maſtigia

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 191r – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/191r)